



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1661**

Quid fiet si quid inadvertenter omittat celebrans? & quid si Hostia frangi  
non possit §. 6.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41878**

si non est incepta Consecratio, desistas; si est incepta, præsumas esse vinum, & progreditor. Acerum autem illud vel sumat Sacerdos post sumptionem Corporis, & Sanguinis, vel alicubi reverenter servet, donec sicceat modo supradicto §. 3. n. 2. in simili. Immo si est certo acerum poterit alteri cuicumque sumendum tradi, ut in simili diximus sup. c. 7. §. 5. n. 3.

## §. VI.

*Quid fiet, si quid inadvertenter omittat celebrans. Et quid, si Hostia frangi non possit?*

**D**E priore, quod in hoc Titulo proponimus, docet quinto S. Thomas ea, quæ per occasionem jam dicta à nobis sunt supra c. 5. §. 2. n. 23.

2. De posteriore ergo docet Sexto, quod quando Hostia, quia prius forte cecidit in Calicem, non potest propter

propter humiditatem, quam tota forte imbiberit, frangi, (qui casus certe nunc, cum parum vini solet apponi, quod propter reverentiam semper mihi placuit) nihil erit reiterandum, sed relicta fractione, omnia dicat Sacerdos, omittendo tamen signa consueta super solam Hostiam, & progrediatur in Sacro; nihil enim substantiale in Sacrificio deerit. Cum vero communicare voluerit, signans se Calice dicat *Corpus, & Sanguis Domini nostri, &c.* Quando vero non est tota madefacta, fiant omnia consueta cum residua parte non madefacta.

## §. VII.

*Quid si sanctissimus sanguis effundatur, vel Hostia dispareat?*

**D**Ocer Septimo, quando aliquid ex Sanguine cadit in tabulam, hanc debere prius à Sacerdote lambi, & deinde radi, sicuti